Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LVI

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

locum a bonis signat segregator et deus
clarificatus est in eo quia sed non quesivit
gloriam patris Hoc ergo facto separatis inde
a societate christi et apostolorum prefigurata fuit
reproborum separatio tempore iudicii consortio
christi et electorum quia tunc apparebit gloria
magna christi membra que adherebunt capi-
ti et palee amovebuntur contaminande tempore
incorrigibili. unde aug. Erant tunc in mundo
omnes mundi cum suo mundatore mansit
Tale aliquid erit cum zizanie a tritico sepa-
ratis iusti sicut sol fulgebunt in regno pa-
tris sui Hoc futurum providens dominus discedente
iuda tamquam zizanie separatis remanentibus
tamquam tritico apostolis sanctis nunc inquit clarifi-
catus est filius hominis Tamquam diceret Ecce in
illa mea clarificatione quid erit ubi malo-
rum nullus erit ubi bonorum nullus peribit
Aug. sup. io. Oratio

Domine ihesu christe pastor bone qui
discipulum tuum a suis erroribus
ad primam multis modis revocare voluisti
revoca me ab iniquis et erroribus universis
meis Da michi salvator meus potestatem
et fortitudinem vincendi dyabolum contra me
vigilantem et contra me dimicantem ne
me fraude sua nequissima trahat ad tene-
brarum foveam sed tuo adiutorio suffultus
perveniam ad claritatis gloriam ubi iusti in
modum societatis angelice clarificati ful-
gebunt sicut sol in regno patris sui amen

De institutione sacramenti lxi capitulum

Circa quartum vero medi-
tando obstupesce illam
caritatissimam dignationem
et dignantissimam cari-
tatem qua nobis tra-
didit et reliquit semetipsum scilicet sacratissimum
corpus et sanguinem suum vere cibum
et potum ut quod erat futurum in pro
sacrificium deo placens et redemptionis nostre
inpretiabile pretium esset viaticum nostrum
et sustentamentum quia hoc sacramentum
quod per excellentiam dicitur eucharistia idest
bona gratia cotidie reficit et renovat ferventer
corda fidelium et devotorum Volens ergo do-
minus hic finem dare legalibus sacrificiis
et novum incipere testamentum seipsum novum
facit sacrificium et post cenam legalem mox
spiritualem cenam explanatorum parat ut de
lege ad evangelium de veteri et transitorio
testamento ad novum et eternum testamentum
de figura ad veritatem de carnalibus ad
spiritualia transeat unde Beda finitis ve-
teris pasche solempniis que in commemorationem
antique de egipto liberationis agebantur transit
ad novum quod in sue redemptionis memoriam
ecclesiam frequentare desiderat pro carne et san-
guine agni sue carnis et sanguinis sacramentum
in panis et vini figura substituens sacerdos
in eternum factus secundum ordinem melchisedech
Cenantibus illis id est cenam agni typici
perficientibus et consummantibus vel post
esum agni typici adhuc in cena residentibus
antequam surgerent de cena accepit ihesus panem
azimum non fermentatum et oculis ad pa-
trem elevatis gratias agens pro veteribus
terminatis et novis inchoandis benedixit di-
cendo illud quod sequitur scilicet hoc est corpus
meum ac fregit scilicet post consecrationem dedit-
que discipulis suis dicens scilicet prius quam frangeret
vel sicut qui frangebat accipite scilicet ex hoc omnes
hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur
Lucas autem addidit eum et ideo semper est dicendum
Et similiter accipiens calicem non veterem
ut prius sed novum et verum gratias agens be-
nedixit et dedit illis dicens accipite et bibi-
te ex eo omnes hic est sanguis meus qui pro vobis
effundetur Quibus verbis hoc sacramentum
instituit et tacite pristinum destituit Unde
creditur cum dominus dixit hoc est corpus meum
hic est sanguis meus mutasse panem et vinum
in carnem et sanguinem et tunc eandem
vim contulisse illis verbis in posterum et
ideo cum proferuntur in canone ex virtute
eorum fit transsubstantiatio quia verba con

[V]erbalis efficiunt quod significant. Si enim
nota verbum xpi tante est virtutis quod fecit de
nichilo omnem creaturam non est mirum
si unam creaturam converterat in aliam. Unde
nota Eus. Sicut illa vox que dixit. Crescite et
multiplicamini et replete terram semel qui-
dem dicta est sed omni tempore sentit effectum ad
generationem operante natura ita et vox ista
semel quidem dicta est sed per omnes mensas
ecclesie usque ad hodiernum diem et usque ad eius
adventum prestat sacrificio firmitatem. Hec
nota Eus. ¶ Esse autem ibi altare ubi dominus or-
dinavit sacramentum eucharistie. Ob cuius
institutionem est quod in hac die cum omnes hore
sint flebiles sola missa est solempnis tamquam
in suo natali scilicet in die sue institutionis. Eadem
etiam die crisma conficitur quo frontes liniuntur
quia ea die postes agni sanguine linebantur.
¶ Aspice nunc bene quomodo diligenter et
fideliter ac devote dominus predicta facit et propriis
manibus illam dilectam et benedictam fami-
nota liam suam cibavit. Non enim est intelligendum
quod discipuli sumpserunt corpus de manu domini
in sibi ministrarent sed qui consecravit ipse
et ministravit. In cuius signum omnes religio-
si deberent in die cene recipere corpus xpi
de manu prelati sui. Sumpsit etiam ipse
nota sacramentum corporis sui non propter sui in-
digentiam et ut aliquem a sacramento con-
sequeretur effectum sed gratia exempli scilicet ut
aliis daret manducandi exemplum. Sump-
nota sit autem illud modo sacramentali tamen non
spirituali. Per hoc autem quod xpus morti proximus
non solum agnum typicum sed etiam corpus
suum verum sacramentaliter cum apostolis
manducavit. Ostenditur quod quilibet xpi-
anus periculo mortis imminente debet
si potest sacramentaliter communicare et si non potest
communicet saltem fide secundum illud verbum augus-
tini. Crede et manducasti. Attende etiam
sacramenti dignitatem et reverentiam
et ordinem circa ipsum quomodo summus sacer-

dos egit pro tanto misterio circa quod divi-
na virtus operatur secretius et pro tanto be-
neficio ut corpus et sanguinem suum det nobis.
Et per hoc ostendit quod in susceptione et ante suscep-
tionem huius sacramenti precedere debet devotio et
oratio ac mentis in deum elevatio. In hoc eci-
am tribuit nobis exemplum glorificandi nota
deum in omni bona inchoatione. Unde beda.
Et sicut de veteribus consummandis gratias egi-
rat sic et de novis incipiendis gratias agit
nobis pariter in exemplum tribuens in omni
boni operis inchoatione vel perfectione patrem
qui est in celis esse glorificandum. Deinde be-
nedixit dicendo verba que secuntur. Hoc est cor-
pus meum hoc scilicet quod sub specie panis vi-
detis quod nunc do et quod nunc sumitis quod
pro nobis et vestri redemptione tradetur ad flagel-
landum et crucifigendum. Ex quo videtur quod nota
hoc hoc non demonstrat speciem panis simpli-
citer nec corpus xpi simpliciter sed corpus xpi sub spe-
cie panis apparens. Unde etiam videtur quod nulla
alia intelligatur benedictio quam sacrorum verborum
prolatio. Transmutatio autem fit in ultimo in-
stanti prolate orationis. Unde hoc hoc demonstrat
corpus xpi non pro tempore in quo profertur
sed pro tempore pro quo profertur scilicet completa
oratione ut cum dicitur hoc est bonum verbum
deum time. Et tunc fregit ut secundum bedam ostendat
corporis sui fractionem id est passionem non sine sua
sponte et opere futuram. Frangimus et nos id est species
quam fregerit sed indivisum integrum post ma-
net. Panis enim in corpus xpi transsubstantiato
frangi dicitur non quod corpus xpi quod integrum
sub qualibet parte manet frangatur sed acci-
dentia sub quibus corpus manet franguntur.
Debet autem fractio fieri in tres partes in signum nota
quod fractus est triplicitur xpus scilicet flagellis ante pas-
sionem clavis in passione lancea post passionem
et propter tres partes ecclesie nam prima pars
fractionis notat sanctos in celis secunda sal-
vandos qui sunt in penis tertia tercia vivos
quos adhuc hec vita vocat in terris. ¶ Hinc

dedit diſcipulis ſuis ad uſum ut ad ſe panis
ſpecies conuerterent et ipſi in xpm conuerterent̄
Unde auguſtino dictum eſt a domino Nec tu
me mutabis in te ſicut cibum carnis tue ſ; tu
mutaberis in me ¶ Et ait accipite et comedi-
te ubi utramq; huius ſacramenti inuit comeſ-
ſionē ſacramentalem ſ; et ſpiritualem ut ac-
cipiant mente et corpore et comedant fide et
ore ac guſtent et uideant deuotione q̄ ſuauis
eſt dominus Eſt eñ manna in ſapore habēs
in ſe omne delectamentum et omnis ſaporis
ſuauitatem ac ſibi incorporent recogitaciōe
ſeruantes in corde p̄cium redemptoris ſue No
eſt ergo ſic intelligendum q̄ prius frangeret
et daret diſcipulis ac poſtea diceret uerba cō-
ſecratoīs ſ; magis econuerſo quia xpc dedit
corpus ſuum conſecratum aplis et ideo p⁹
dixit uerba conſecratoīs Per ihm qui ſal⁹
interpretatur bonus platus xpi uicarius
et de ſua ſubditoꝝ q; ſalute ſollicitus intel-
ligitur Hic accipit panem cum diligenter
ſtudet ſacram ſcripturā; gratias agit et be-
nedicit cū deo attribuit eius diligentiā; fra-
git aut et dat deuote pdicando eam Contra
de ignorante et negligente dicitur in Trenis
Paruuli petierunt panem et non erat q̄
frangeret eis ¶ Et accipiens calicem cum
vino aqua mixto passionem ſuam pſigna-
tem gratias egit pro redemptione humano
generi collata per illā; nec non in aduerſis
et pro aduerſis/ q̄ non pro ſe ſ; pro nobis ħ
tulit monſtrans in hoc ut dm̄ laudemus
qn̄ flagella uidemus et gratias agamus
in oī tribulatione que ſignificatur ī nomine
calicis Unde Criſo. Gratias egit docens nos
qualiter oportet hoc miſteriū perficere et
erudiens nos quodcūq; patimur cum grati-
actione ferre Unde et Beda ¶ Qui nichil dignū
percuſſione exhibuit ſimilr̄ in percuſſione
benedicit ut hinc uidelicet oſtendat q̄d vnuſ-
quiſq; in flagello culpe ꝓprie fatere debeat
ſi ipe equanimiter flagella culpe aliene por-

tat ut hinc etiā oſtendat quid in correpcione
faciat ſubditus ſi in flagello poſitus patri
gratias agit equalis Deinde benedixit dicēs
Hic eſt ſanguis meus. qui ſ; ſub ſpecie vi-
ni apparet noui teſtamenti ſ; confirmator
et ad noui teſtamenti confirmatoꝝ quia ſi-
cut uetus teſtamentum confirmatum eſt in
ſanguine animalium ī molatoꝝ Ita noui
teſtamentum ſanguine xpi eſt confirmatum
in quo apparet excellentia noui teſtamenti r̄-
ſpectu ueteris Et addit Qui pro nobis et pro
multis redimendis et in celeſtem hereditatem
introducendis effundetur in remiſſioꝝ peccato-
rum Dicit aut pro multis efficienter ſ; pro-
oībus ſufficienter quia ſanguis xpi pro oī-
bus effuſus fuit q̄ntum ad ſufficienciā ſ; nō
fuit effuſus pro omnibus q̄ntum ad efficaciā
quia non oms̄ emūdat q̄uis emundare oms̄
ſufficeret ſi fide et dilectōe ac ſacramentoꝝ
perceptione uirtutes eius attingent Deinde
dedit eis dicens Bibite ex hoc oms̄ ut ſitis paſ-
ſionis mee repreſentatores .i. imitatores mee
paſſioꝝ quia niſi compatiamini non corregna-
bitis Bibit autem ipe p̄mo ſanguinem ſuum
inducens eos etiā ad bibendum Et notandū
q̄ ſicut tunc ita et in p̄mitiua ecctīa oms̄ qui
miſſe interant ſumebant ſacramentū vnī-
tis Nunc aut quia non poſſunt oms̄ digne
ſumere ſumunt aliud ſaltem ſignū vnitatis .i.
oſculum pacis quod tradens ſacerdos et dicens
accipite vinculum pacis idem eſt ac ſi diceret ſu-
mite ex hoc oms̄ vel accipite et diuidite inter
vos Per calicem perſecutio deſignatur ī ſcrip-
tura Hic calix ſumitur patienter tollerando et
datur aliis ad ſimile exhortando Aduertendū
aut q̄ iſtud ſacramentum ſub duplici ſpecie ſ;
panis et vini eſt inſtitutum quia ordinat̄
ad corporis et anime ſalutem uel ad ſignifica-
dum perfectā; aīe refectioꝝ ſicut ex cibo et po-
tu fit perfecta corporis refectio ſeparatim
tamen fit corporis et ſanguinis conſecracio
quia in paſſione fuit ſanguis ſeparatus

a corpore. Hoc autem sacramentum institutum est quasi quoddam memoriale illius passionis et ideo consecratio corporis et sanguinis fit sub speciebus distinctis. Considerandum tamen q sub utraqʒ specie est totus xpc indivisus sʒ corpus et sanguis ac anima et deitas ac per hoc utrobiqʒ est unum et simplicissimum sacramentum aliter tamen et aliter. Sub specie namqʒ panis est tantum corpus ex vi conversionis uel sacramenti cetera autem sunt ibi ex concomitantia reali seu naturali et inseparabili quia sanguis est ibi per concretionem et anima per coniunctionem et deitas per unionem. Ista enim quatuor non possunt dividi nec ab invicem separari. Similiter sub specie vini est tantum sanguis ex vi conversionis et sacramenti cetera autem ex concomitantia sunt ibi. Et licet in primitiva ecclesia populus sub utraqʒ specie communicaret postea tamen provide ordinatum est ut non communicaret sub specie vini propter periculum effusionis et quia sub specie panis quando sanguis accipitur in quantum ibi continetur. Eucharistia itaqʒ formaliter et perfectissime est unum sacramentum materialiter uero plura quia ibi concurrunt duo sʒ cibus et potus et propter hoc quidoqʒ exprimitur pluraliter sicut in collecta: Purificent nos quesumus domine sacramenta que sumpsimus. Et subditur post singulariter: Et presta ut hoc tui corporis sacramentum et cetera. Panis quippe sacramentum est corporis et vinum sanguinis. Aqua uero que apponitur uel illius aque que fluxit de xpi latere uel fidei ecclesie ut neqʒ xpc sine ecclesia neqʒ ecclesia sine xpo sit sed eius caritati et vite uniatur et conformetur. Et ideo vinum aqua mixtum offertur ut ostendatur quia caput et membra i. xpc et ecclesia unum corpus sunt. Sunt autem tria in sacramento considerāda unum qđ tm̄ est sacramentum sʒ species visibilis panis et vini aliud quod est sacramentum et res sʒ caro xpi propria et sanguis.

Tercium quod est res et non sacramentum videlicet mistica xpi caro sʒ ecclesie unitas. Res ergo significata et contenta in hoc sacramento est uerum corpus xpi quod traxit de virgine. Res non contenta sʒ tamen significata est corpus xpi misticum quod coniungitur capiti per caritatem. De hoc corpore xpi mistico sʒ unitate ecclesie dictum est supra de verbis domini pro quibus quidam retro abierunt. Est etiam corpus dominicum sacramentum in caritate divinitatis. Unde Augustinus: Illud corpus visibile et palpabile sacramentum est visibilis forme i. panis celestis quo vivunt angeli. Cum enim nichil in corpore gessit anima xpi nisi quantum uerbum cui unita inspirabat quis non videt corpus esse sacramentum inhabitantis deitatis. Et iterum xpi visibilis forma nobis modo invisibilis res est visibilis sacramenti altaris et invisibilis forma celestis panis quo vivunt angeli res est visibilis et palpabilis forme xpi. Est itaqʒ xpc et sacramentum et res sacramenti. Multa mirabilia sunt in hoc sacramento. Primum q ibi est corpus xpi in tanta quantitate sicut fuit in cruce et sicut iam est in celo nec tamen excedit illius parue forme terminos uel quantitatem. Unde mirum est quomodo sub tam modica specie tantus lateat homo. Secundum est q ibi sunt accidentia sine subiecto. Quia enim in deo non cadit accidens ideo accidentia que prius erant in subiecto sʒ in pane postea sunt sine subiecto. Tercium est q panis ita convertitur in corpus xpi q tamen non est materia corporis nec etiam anime. Quartum est q corpus non augetur ex multarum hostiarum consecratione et conversione non minuitur ex earum sumptione. Quintum est q idem corpus simul in pluribus locis i. in omnibus hostiis consecratis est. Deo enim convenit esse ubiqʒ simpliciter et proprie. Creature uero in loco uno tantum esse. Corpus uere xpi medio modo se habet. Cum enim sit creatura non debet coequari creatori in hoc q sit ubiqʒ

vide hic plura miracula de corpore xpi 2 pt 1[illegible]

cum vero ſit vnitum diuinitati debet ibi et
alia corpora excellere ut ſimul et ſemel
poſſit in pluribus locis eſſe ſub iſto videlicet
ſacramento Tercium eſt quod cum diuiditur
hoſtia non diuiditur corpus xpi ſed ſub quolibet
parte totus eſt xpc Unde fractura hec in fore
eſt panis non in xpi corpore quia totus
xpc indiuiſus ſumitur ſub qualibet parte
Sicut in integro ſpeculo tota et vnica forma
relucet in toto et in fracto ſpeculo fit vnius
et eiuſdem numero et totius integre forme
ad quamlibet ſpeculi fracturam reflexio Septimum
eſt quod cum tenetur hoſtia in manibus et videtur
oculis corpus xpi non tangitur manibus nec
videtur oculis ſed hoc totum tantummodo circa
ſpecies agitur ſicut et quando diuiditur Octa-
uum eſt quod ſi non ſit ibi panis vel vinum tamen ac-
cidentia eundem quem prius habent effectum
ut ſaciare inebriare et huiuſmodi Nonum
eſt quod ſtatim cum deſinunt ille ſpecies tunc
deſinit ibi eſſe corpus xpi et ſanguis Unde
ſanctus hugo Cum diu ſenſus corporalis afficitur
corporalis preſencia non aufertur ſed deinceps
xpc tranſit de ore ad cor et manet virtus
ac preſencia ſpiritualis tamen Et licet poſt ſumptionem
deſinat ibi eſſe corpus et ſanguis xpi caueas
tamen caueas ne poſt communionem ſpuat immo
caute comeſtionem in loco mundo vel ubi poſſit
ſputum pedibus conculcari et hoc propter pe-
riculum et ob reuerenciam tanti ſacramenti
Tandem ergo dominus in amoris recordacionem ſubiunxit
Hoc ſcilicet ſacramentum facite id eſt conficite vel ce-
lebrate accipite et date in meam id eſt in paſſionis
mee commemoracionem quia eucariſtie confectio
eſt quedam dominice paſſionis rememoratio
Hoc exponit apoſtolus dicens Quocienſcumque man-
ducabitis panem hunc et calicem bibetis mor-
tem domini annunciabitis donec veniat ſcilicet ipſe
dominus ad iudicium Paſcha enim legale fuit in
prefiguracione paſche future ſed euangelicum
fit in commemoracione preteriti ſcilicet paſſionis
xpi In memoria ergo illius beneficii in corpore

ſuis xpc inſtituit ſacramentum altaris dicens
itaque hoc facite in meam commemoracionem ordi-
nauit vos ſacerdotes et dedit eis poteſtatem con-
ficiendi ſacramentum corporis et ſanguinis
ſui Hoc igitur colit etiam paſſionem xpi
recitatur cum illud corpus conſecrat et ſacer-
dos cum leuat corpus domini repreſentat quod xpc
in cruce ſit leuatus Illud enim eſt corpus quod
et ipſe ſacrauit quod crucifixum eſt et morti
ſuſtinuit Hoc eſt illud memoriale quod cum
gratiam cum ipſum ſuſcipit manducando et bi-
bendo vel etiam fidelis meditando deberet
totam ignire et inebriare et in ipſum dominum
pre amoris et deuocionis vehemencia totaliter
transformare Nichil eſt magis carius dul-
cius vel utilius quod nobis relinquere potuit
quam ſeipſum Ipſe namque quem in ſacramento
altaris hodie per eum inſtituto ſumimus
ille idem eſt qui de virgine incarnatus et
natus ubera eius ſuxit qui pro te crucifixus
mortem ſuſtinuit et qui reſurgens et glo-
rioſe aſcendens ſedet a dextris dei Ipſe eſt
qui creauit celum et terram et qui gubernat
et moderatur vniuerſa Ipſe eſt a quo depen-
det ſalus tua in cuius voluntate et poteſtate
eſt tibi dare paradiſi gloriam Ipſe in talibus ho-
ſtia modica ſit oblatus tibique exhibitus
ipſe dominus ihesus de quo loquimur filius
dei viui Unde excellenter eucariſtia id eſt bona
gracia dicitur quia in hoc ſacramento tanto
augmentum eſt virtutis et gracie ſed ipſe totus
ſumitur qui eſt fons et origo totius gracie
Unde ecce Hanc ultimam memoriam nobis re-
liquit quemadmodum ſi quis peregre proficiſcens
aliquod pignus ei quem diligit relinquat ut
quocienſcumque illud viderit poſſit eius bene-
ficia et amicicias memorari Quem ſi ille
perfecte dilexerit ſine gemitu illud deſi-
derio vel fletu non poteſt videre Ideo hoc ſalua-
tor tradidit ſacramentum ut per hoc ſemper
commemoraremur quod pro nobis mortuus
eſt Nam et ideo cum accipimus a ſacerdoti-

bus commoueremur quia corpus et sanguis est xpi ut non simus ingrati tantis eius beneficiis. Tercio. Institutum est igitur hoc sacramentum altaris primo in recordacionem dominice passionis et liberacionis. Secundo in signum precipue dileccionis et imitacionis. Tercio in robur confirmacionis contra lapsus humane infirmitatis. Quarto in purgacionem spiritus hominis et nutrimentum vite spiritualis. Quinto in viaticum presentis peregrinacionis. Sexto in pignus et arram habende hereditatis. Septimo in remedium satisfactionis pro peccatis unde sanguine xpi corpus et animam linimus quia sanguis agni super utrumque postem domus liberauit hebreos ab angelo exterminatore. In hoc autem sacramento duo requiruntur ex parte recipientis scilicet desiderium coniunccionis ad xpm quod amor facit et reuerencia sacramenti que ad donum timoris pertinet. Primum ad cotidiana huius sacramenti frequentacionem inuitat sed secundum retrahit. Unde si aliquis experimentaliter cognosceret ex cotidiana sumpcione feruorem amoris augeri et reuerenciam non minui talis deberet cotidie accedere. Si autem sentiret per cotidianam frequentacionem reuerenciam minui et feruorem non multum augeri talis deberet interdum abstinere ut cum maiori reuerencia et deuocione postmodum accederet unde christum de hoc unusquisque est suo iudicio relinquendus. Modus autem sumendi tripliciter diuiditur. Comestio enim alia fit ore et est sacramentalis alia fit corde et est realis alia fit ore et corde in altero sacramentum in altero res sacramenti. Sola sacramentalis tantum malorum est qui et si sub visibili specie elementorum corpus xpi accipiant tamen quia nec vere credunt nec diligunt panem celestem comedere non possunt. Sola realis tantum bonorum est qui et si sub visibili sacramento carnem xpi non sumant tamen fide et dileccione panem celestem manducant et ei coniunguntur. Unde

Aug. Quid paras dentes et ventrem crede et manducasti. Realis vero et sacramentalis comestio ingeritur cum accipientes in pane quod pependit in ligno accipientes in calice quod manauit de latere pertingunt mente usque ad esum panis vite. Oris namque percepcio et incorporacio sacramentorum est comestionis cordis qua manducamus cum domino carnem suam et bibimus cum eo sanguinem suum hoc est per efficaciam carnis sue et sanguinis sui manemus in eo et ipse in nobis. Itaque alii accipiunt corpus domini ad mortem quia non attingunt panem vite. Alii accipiunt ad vitam quia coniunguntur cum verbo vite. Unde Criso. Credimus itaque quoniam et nunc illa cena est in qua et ipse recubuit nichil enim illa ab hac differt. Neque hanc quidem homo operatur illam autem ipse sed hanc et illam ipse. Cum ergo sacerdotem dantem tibi videris non sacerdotem estima esse qui hoc facit sed manum xpi esse que extenditur. Sicut ergo cum baptizaris non ipse sacerdos baptizat sed deus qui detinet tuum caput in visibili uirtute ita et nunc. Nullus itaque iudas assit nullus auarus nullus inhumanus accedat nullus crudelis et immisericors nullus vniuersaliter immundus si quis non est discipulus discedat. Non recipit eos qui non sunt tales. Hec mensa cum discipulis enim meis cum facio pascha. Hec est enim illa mensa et nichil minus illa habet. Hoc est illud cenaculum ubi tunc fuerunt hinc ad montem oliuarum exierunt. Exeamus et nos in manus pauperum hec enim regio mons est oliuarum oliue enim sunt plantate in domo domini id est pauperum multitudo stillat oleum quod illic est utile nobis. Ita enim et decem uirginum habebimus et multam assumemus mercedem. Criso. Secundum Bedam si quem mouet cur cenatis saluator apostolis suum corpus ac sanguinem tradiderit quare nos ieiuni eadem percipiamus audiat quia tunc necesse erat typicum pascha prius consummare et sic ad uerum pascha transire

ac veri paschae sacramenta substitui nunc autem in honorem et pro reverentia tanti sacramenti placuisse magistris ecclesie per nos dominice passionis participatione muniri et spiritualibus epulis saciari deinde terrenis dapibus corpus refici. Sunt autem tria sacrificiorum genera. unum dominici corporis alterum contriti cordis tercium mortificate carnis. Oportet ergo sacrificium humilitatis precedere in mente afflictionis .i. carne et devocio habeatur in dominici corporis consecratione et receptione. Appropinquante et tu ad hanc cenam mendicans ut elemosinam inde accipias ad quod te hortatur Augustinus dicens Iam nunc ascende cum eo in cenaculum grande stratum et salutaris cene interesse delicias gratulare bibat verecundia amor timorem excludat affectus ut saltem de micis mense illius elemosinam prebeat mendicanti vel a longe sta et quasi pauper attendens in divitem ut aliquid accipias extende manum fame lacrimis prodesse Augustinus.

Cena domini olim in manna prefigurata fuit quod deus filiis israhel in deserto dedit. Dedit iudeis figuram veri panis scilicet panem materialem et temporalem nobis autem veritatem scilicet supersubstantialem et eternalem. Manna creatum fuit a deo in celo aereo sed panis nobis datus scilicet christus descendit de celo vero.

Cena domini etiam prefigurata fuit in agno paschali quem deus primo precepit filiis manducare quando decrevit eos de captivitate egyptiaca liberare. Ita christus sacramentum eucharistie tunc primum instituit quando nos a diabolica potestate eripere voluit. Quando filii israhel agnum paschalem manducabant succincti erant baculos in manibus tenebant et stabant. Ita communicantes debent esse succincti per mentis et corporis castitatem et tenere baculos per recte fidei firmitatem. Debent etiam erecti stare in bona vita quam inchoaverunt et non se iterum reponere in lutum de quo iam surrexerunt. Agnus comedebatur cum lactucis agrestibus que sunt amare et nos debemus corpus domini manducare cum amara contritione. Qui comedebant agnum tenebantur pedes suos calciare sic communicantes debent pedes suos .i. affectus et desideria custodire cavendo ne aliquo maculentur sorde. Agnus paschalis non fuit coctus aqua sed assatus igne et manducans debet esse ignitus caritate. Christus rex et sacerdos verus eucharistiam sub specie panis et vini dedit et hoc sacramentum instituit quod olim melchisedech rex et sacerdos dei altissimi figuravit. Unde christus sacerdos secundum ordinem melchisedech appellatur quia hoc sacramentum in oblacione melchisedech prefigurabatur.

Facta est autem et contentio .i. disquisitio inter discipulos quis eorum videretur esse maior. Ubi sciendum quod cum apostoli audiverunt christum predicentem tradicionem sui ad mortem ceperunt querere inter se quis eorum esset maior .i. aptior et convenientior ad precedendum alios loco christi et ad tenendum eius locum. Et ideo christus de hoc eos docuit videlicet quod ille esset ad hoc aptior qui esset vere humilior revocando eos ab affectu superbe dominacionis et primatus exemplo regum gentium et per contrarium dominorum terrenorum. Gentiles enim et terreni domini appetunt primatum dominantur subiectis et benefici vocantur quia blandi sermones a subditis eis offeruntur. Unde dominus volens discipulos suos tales imitari sublungit Vos autem non sic facere debetis sed qui maior est in vobis scilicet per virtutum excellentiam fiat sicut minor per humilitatem et qui precessor est scilicet dignitate vel etiam sanctitate fiat sicut ministrator humili sui reputatione vel humilis officii execucione et exhibitione pro loco et tempore. Sed heu hodie multi habentes nomen christianorum gentes imitantur appetentes primatum habere .i. subiectis dominari sed quia ab eis supinatus

laudibus extolli et beneficii uocari Speci-
aliter autem in eccia fit frequenter contentio pro
dignitatibus obtinendis et non solum inter
seculares sed etiam inter religiosos sicut canes
contendunt ad obtinendum os carnibus ple-
num et medullis xpc quod uiliores canibus
uidentur quidam religiosi qui contendunt
pro officiis presidendi cum tamen nihil ha-
beant annexum nisi miseriam et laborem
Et quia monuit discipulos ad humilitatem
superbiam secularium dissuadendo consequenter
facit hoc eos ad sui exemplum inuitando Nam
secundum iudicium humanum maior est qui recum-
bit quam qui ministrat licet secundum iudicium dei
sepe sit aliter ipse autem qui contrarius est mun-
do in medio eorum est sicut qui ministrat quamuis
omnibus maior sit eis ut etiam iam in lotione pe-
dum ipsorum ostenderat et ideo est imitandus
Et ex hoc intendit concludere quod ille est aptus
ad succedendum sibi in regimen ecclie qui est
fundatus in uera humilitate Ut enim humilitate
superbiam curaret ipse deus ad nos descendit
et humilis fieri uoluit ostendens exemplo quod me-
rito eum imitando humiliari debeat et homo
Unde aug Quid superbis homo deus xpc
te humilis factus est puderet te fortasse imi-
tari humilem hominem saltem imitare humilem
deum Ut aug humilieris ergo ministrando
et abiectiora ministeria et que alii dedig-
nantur leuanter cum opus est suscipiendo
Et ait illis ihs Omnes uos scandalum i. of-
fendiculum et occasionem ruine ex hiis que
uidebitis patiemini in me sed credentes xpc
timorem humanum cum in ista nocte prodat
quod passuri sunt ut cum passi fuerint non de-
sperent salutem sed agentes penitentiam liberentur
Scandalum enim dubitationis passi sunt dum
eum quasi impotentem teneri ligari et duci
uiderunt Et signanter dicit in nocte quia qui
scandalum patiuntur in nocte et in tenebris
sistuntur et ipsi apli in aduersitate domini re-
liquerunt Petrus autem quia ceteris feruentior

erat quod uerbis prodit presidendo ipse dene-
gat amando et respondens ait Et si omnes
scandalizati fuerint in te ego numquam scandaliza-
bor qui tecum paratus sum et in carcerem
et in mortem ire et animam meam pro te ponere
Infirmus uoluntatem iactat uoluntate sua
sed non uires cognoscens Unde glo Constans
petrus prestitis affectus sed nesciamus futuri casus
non credit se ab eo posse deficere In tantum
petrus affectu et caritate xpi efferebatur ut
et imbecillitatem carnis sue et fidem uerbo-
rum xpi non cogitaret Et non mentitur qui dicit
uerum esse quod promittit et sit in mente hu-
jus ponitur autem qui falsum uoce significat cum
uoluntate et intentione fallendi Dixit tamen
falsum quia accidit contrarium Communiter enim acci-
dit quod illi qui aliis in uirtute se preferunt tur-
pius aliis cadunt Respondit ei ihs Amen di-
co tibi quia tu hodie in hac nocte prius quam gal-
lus bis uocem dederit ter es me negaturus
Ubi Jero Petrus de ardore fidei promittebat et
saluator quasi deus futura nouerat Jero.
Nemo ergo nisi nemo in uiribus confidere
potest quia omnis constantia omnis uirtus et
fortitudo non hominis sed dei est unde beda Nunc
solus nouit quid sit in homine ne quis fidelium
suo uel de statu confidat incaute uel de casu
cautius diffidat quia deus modum tempus ac
numerum negationis eius predixit unde et crisostomus
Moraliter instruimur ut quantum confidimus
de ardore fidei tantum timeamus de carnis fra-
gilitate Istud uerbum domini de negatione pe-
tri marcus ut premissum est plenius ceteris expres-
sit Post primam enim negationem petri statim gallus
cantauit et ante secundum gallicantum bis iterum
negauit et ita trina negatio petri ante primum
gallicantum est inchoata et ante secundum completa
Alii uero euangeliste dicentes prius quam
gallus cantat ter me negabis de inceptione
trine negationis agunt i. ternam negationem in-
choabis sed marcus de completione eius scrip-
sit Et ait ille petrus Etiam si oportuerit

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

me mori tecum non te negabo intelle-
cum quod timore mortis predixeret eum ce
negaturum et ob hoc dicebat quod licet pe-
riculum mortis immineret nullo tamen mo
ab eius fide divelli posset Similiter et eodem
amore et fervore et omnes discipuli dix-
erunt ac fervorem intrepidum ostenderent
et per ardorem mentis dapnum mortis
non timuerunt sed non perseveraverunt
quia vana fuit presumptio humana sine
protectione divina unde Cris. Hinc ergo
magnum discimus dogma quod non sufficit
desiderium hominis nisi divino aliquis potiatur
auxilio Et nota quod multiplex est ratio quod
deus permisit petrum cadere Prima ut nul-
lus de se presumat Secunda ut plus xpo quam sibi
quisque credat Tercia ut cognitus eius au-
daciam quarta ut alii exemplo eius instrue-
rentur humanam fragilitatem cogitantes
et dei veritatem Quinta ut petrus alii quod
plati discerent qualiter subditis compati de-
berent Sexta ut error hereticorum confunde-
retur dicentium quod caritas semel habita
non amittitur nec amissa iterum haberi pe cu-
ius contrarium omnino in petro patuit Oro

Ihesu pie qui transiens de hoc mundo
ad patrem postquam cenasti corpus
tuum et sanguinem discipulis ob tui memo-
riam dedisti et nobis sumendum reliquisti
placuitque tibi ut tuo refecti corpore et po-
tati sanguine essemus os de ossibus tuis
et caro de carne tua Peto ergo domine
ihesu et obsecro per virtutem huius ineffabi-
lis sacramenti ut dignum me facias gratia
tua et tanta redemptione non fraudes
et facias me tanti misterii tua miseratione
participem ut per participationem veniam
merear peccatorum optatam et graciam pro-
ficiendi in fide spe et caritate percipiam et
ad gaudia sempiterna pertingam
De sermone domini in cena ca lxv

Cena quinti vero ad omne
cumulum superaffluentem
ostende alta dilectionis insig-
nia Post egressum enim iude
cum scelus mundi cum suo mundatore re-
mansissent et post alia supradicta dominus
ihesus discipulos consolando fecit eis sermonem
pulcherrimum ignitis plenum carbonibus
dulcedinis et amoris scilicet verbis dulcissimis
de celi melle mellitis et de dei lumine lumi-
nosis quem scripsit iohannes specialiter
a deo dilectus et hiis potatus Unde aug.
Tunc demum divinissimi eloquii ubertima in-
undatione conventus ille frater ex ore tuo domi-
ne potatus est Siquidem corruptus ille ute-
foris missus fuerat quem huius limpidissi-
mi liquoris infusione faciebas indignum
Ob huius autem sermonis ornata ac venien-
da et utile magnitudine quinque meditanda prin-
cipaliter assume Primum qualiter predicens disci-
pulis discessum suum confortat eosdem di-
cebat namque filioli adhuc modicum vobis-
cum sum id est modico tempore scilicet usque ad capcione
vel mortem quia tunc fuit eis subtractus vel
secundum quosdam usque ad ascensionem quia
usque tunc apparuit eis corporaliter Dicens autem
filioli ostendit teneritudinem amicicie et
dilectionis ad eos Diminutiva enim secundum prisci-
anum aliquando pro familiaritate et amore dicuntur
Sic ergo eos nunc vocat pie amoris teneritu-
dine quia cum amici ab invicem recedunt affe-
ctus amoris maxime inardescunt Et iterum adhuc
modicum scilicet tempus erit et mundus iam me non
videt id est amatores mundi Vos autem videbitis
me et boni quidam ceteri quia solis bonis
post resurrectionem in carne apparuit Et con.
Non turbetur cor vestrum scilicet de meo recessu per
mortem cum sit ad meam glorificationem et spiritus
sancti missionem Et in hoc docemur non tur-
bari de nostris amicis in confessione fidei dece-
dentibus Nam est via ad eorum glorificationem et
nostram subvencionem quia amici nostri existentes